

quàm Collegiatis Ecclesijs, Monasterijs, Conuentibus & alijs Religiosis, etiam Fratrum Mendicantium Domibus, & Ordinibus, Hospitalibus, militiis, eorumque Capitulis, & conuentibus, ac Vniuersitatibus etiam studiorum generalium Collegijs, tam secularibus, quàm Ecclesiasticis, confraternitatibus, Societatibus, et tam Principis Apostolorum de Vrbe, quàm alijs fabricis Sanctę Crucitate alijs que Pij locis et operibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prelatis, Abbatibus, et Abbatissis, Prioribus Prepositis & alijs Ecclesiasticis, tam secularibus, quàm diuersorum Ordinum & militiarum Regularibus, ac etiam Laicis cuiuscunque dignitatis, & status, & gradus & excellentię, etiam Ducali, Regia, et Imperiali dignitate fulgentibus vtriusque sexus personis in his omnibus, & singulis, in quibus illa statutis & decretis Concilij Tridentini contrariantur, ipso iure, reuocata cassata, et annullata, ac ad ipsius Concilij terminos atque limites reducta sint, & esse censeantur. Nec quidquam aduersus ipsa decreta & statuta, quominus vbique & apud omnes, obseruentur in aliquo suffragari posse,